

Lettres de Jussion
 de Louis Roy de France aux Officiers
 Royaux de Perpignan d'observer et obeir
 aux privileges et Concessions faites aux
 Officiers de la Monnoye.

Du 23^e Fev^r 1467

LUDOVICUS Dei gratia francorum Rex
 dilectis et fidelibus nostris gubernatori-
 Rospilionis et Ceritania, vicario Rospilionis
 et Halesperii Brojuloque nostre ville et
 Perpiniensi ceterisque universis et singulis
 justiciariis nostris officariis quibus presentes
 littere nostra presentata fuerunt et loca-
 tenentibus eorundem, salutem. pro parte
 dilectorum et fidelium nostrorum operario-
 rum et Monetariorum moneta dicte ville
 Perpiniensi fuit nobis querelosis expositum
 quod quanquam ex privilegiis tam per nos-
 quam per Predecessores nostros dictis

812
exponentibus et officia monetaria in Regno
nostro exercentibus dispositum. Et exponentes
jam dictos eorumque uxores liberos et familia-
res et alios predictos esse francos liberos
quitos et immunes de omnibus talliis, peda-
giis passagiis et aliis servitutibus persona-
libus villarum et universitatum nostrarum
quovis modo preestari assuetis atamen nos in-
assuetis non obstantibus dictis privilegiis et
compellere nitimur dictos exponentes ad prees-
tandum et faciendum servitutes personales et
alias de quibus ut dictum est sunt immunes
ob quod recurrentes ad nos humiliter supplica-
verunt eisdem per nos de justitia remedio sub-
veniri nosque predicta supplicationi benigne
annuentes videntes ipsam fore justam et
rationi consonam dicimus et mandamus vobis
et vestrum cuilibet scientes et expresse et
quatenus cum predicti Monetarii nostri seu
eorum aliquis vobis ostenderit hujusmodi-

privilegia per nos et per prædecessores
 nostros eis indulgita et concessa seu eorum
 transumptum seu vidisse sub sigillo
 Regis vos hujusmodi privilegia franche-
 sias et libertates atque immunitates eius
 observetis et ab omnibus observari juriola-
 biliter faciatis non patiendo seu permitiendo
 eisdem vel eorum aliquem contra tenorem
 hujusmodi suorum privilegiorum quovis-
 modo vexari, inquietari vel molestari, si
 nostram indignationem ob hoc debitam
 volueritis effugere ultionem quoniam sic
 fieri volumus et dictis exponitibus
 concessimus et concedimus de gratia speciali
 per presentes. Datum Berpiniarii die
 vigesima tertia mensis Octobris, anno
 Domini millesimo quadringentesimo sexage-
 simo septimo et regni nostri septimo. per
 Consilium cæcista locus & sigilli.

Collationné a l'original en parchemin

gardé aux Archives du Domaine
du Roy en Roussillon et dans
un Sac de N^o 6. Desd^{es} archives et
l'original des p^{tes} cotti^{es} N^o 109.
par moy J^oigne N^o 1^{re} Royal
de Perpignan et Greffier dud^{ic} Do-
maine. J^o Bosch. avec paraphe,